Actori ſatis eſt cum cōcluſiōe proponere ⁊ rei veritatem intemptare. nec cogitatur in libello nomen actionis exprimere propter auctoritatem veterum. olim actiōes. i. actus agēcium ſeu libelli vocabantur vulgares formule ⁊ qui cadebat a ſillaba cadebat a cauſa. i. a libello. Sed in iure canonico non habet locum illa auctoritas nec de ea curandum hoc dicit. Scias ꝙ in ſtatutis municipalib⁹ ꝗ cadit a ſillaba vbi ſit pondus ſillabe vel formule cadit a libello quia ſtatuentium auctoritas ei non ſuffragatur ſȝ ſufficit verba ſtatuti in effectu proponi. ff. de neg. geſt. l. actio. cauti aduocati ſemper in libello ponunt verba ſtatuti formaliter propter groſſos aſſeſſores qui multi ſunt. diuiditur in partes duas. In prima ponitur pars querele. In ſecunda parte prouiſio. ſecūda ibi ꝓuidentia. ¶ Caſus. eboracen. epiſcopus apoſtolice ſe. legatus compellebat clericos coram ſe agentes exprimere nomen actionis in libello nec aliter volebat recipere libellum. vnde ad hoc clerici ſunt conqueſti. papa mandat iſtam ſubtilitatē non curari ⁊ ſcribit quibuſdam iudicibus ꝙ ſuper libellum ſimpliciter ⁊ pure factum narrantem ſm rei veritatem procedant ſ. non obſtante ꝙ nomen actionis nō ſit expreſſuȝ in libello. ¶ No. ꝙ nimia ſubtilitas reprobatur ſic. ff. qui. mo. pig. vel hipo. ſol. l. ſicut. §. ſi debitor. ⁊. ff. māda. l. ſi fideiuſſor. §. quadam. adeo ꝙ magis reprobat̄ nimia groſſities. vt. C. de here. inſti. l. ſi. Nam nimia ſubtilitas tēdit ad pernitiem. ff. de excuſ. tuto. l. hic nimium ſcrupuloſa. ⁊ nimia groſſities eſt quedam ineptia que a iure reprobat̄. ¶ Sed nunquid libellus poteſt formari in vulgari. Naȝ vulgare plerunq₃ continet groſſitiem quandam. dic ꝙ ſic dūmodo contineantur in vulgari ea que debēt contineri in litterali. ⁊ hoc apparet quia in pleriſq₃ locis iudices ſunt illiterati ⁊ no. C. de ſen. ex peri. re. l. ſi. Quid ſi eſt queſtio ſcrupuloſa de apicibus iuris. puta an oriatur conditō ex. l. vel actio in factum. Item an contractus ſeudi vel emphiteoſis ſit ꝯtractus nominatus aut innominatus. ¶ Nūquid de iure ciuili teneat̄ agēs exprimere nomē actionis. reſpondeo non. vt. l. j. §. ꝙ aūt. ff. quo. lega. ſȝ verus legiſta cognoſcat iſtas opiniones. nam ꝯditio ex. l. eſt quotiens ꝓcedit obligatio nuda nō apta ad agere ſȝ lex inuenit ipſam actio. vt. C. de dona. l. ſiquis argētuȝ. ſȝ ꝯditio in factū eſt quotiēs ꝓcedit obligatio apta ad agere. tomē dubitatur ꝙ actio ꝯpetat. vt. ff. ō ꝑſcrip. ver. l. quotiēs. ¶ Itē cōtractuȝ noiatuȝ cognoſcimus per hoc ꝙ ex eo naſcitur actio eiuſdem noīs ſed ſi naſcitur actio preſcriptis vbis vel conditio ex moribus vt in ſeudis ille nō eſſet cōtract⁹ noīatus. ⁊ ideo nō ꝑficit̄ cōſenſu ſed rei interuentu. vt. c. j. quid ſi inueſtimus. col. x. C. de iure emphi. l. ſi. Oppo. ꝙ talis libellus nō ꝓcedat niſi nomē actōis exprimatur quia licet ſit ꝑfectus ī materia. nō tamen eſt perfect⁹ in forma. Nam forme nihil dȝ detrahi. ff. de fur. l. ſi ſeruus nauem. ⁊. C. de interdi. l. ſi. So. de iure ciuili ꝓcedit oppo. vt no. in. l. j. poſt prin. ff. de edē. in ſi. magne glo. Nam libelli formant̄ per aduocatos apud quos dȝ eſſe legū peritia. Et ideo nū eſt graue nomē acti. ꝓponere. ⁊ q₂ ita ꝯſtitut⁹ fuit ab initio quādo. ll. ad iudicia prodierūt. vt. ff. de ori. iur. l. ij. ¶ Itē qn̄ ex vna cauſa oriunt̄ plures agēdi forme ad diuerſos effectus tendētes nō dȝ procedi in equiuoco. vt. ff. de iureiurā. l. duobus. §. colonus. ⁊ ſtultus agēs ſibi imputare dȝ. vt no. in. l. quidā. ff. de inter. in iur. ⁊ errare in iure eſt lata culpa. ¶ Itē ineptus libellus non cōcludit iudici. ⁊ ideo officio iudicis repellitur. vt. l. j. ff. ō officio aſſe. ¶ Item ſi non dȝ exprimi nomen actionis ergo cauſa ⁊ actio ſunt idē qḋ eſt falſum. dicas ꝙ iſta procedūt de ſubtilitate iuris ciuilis nō de naturali iuſticia nec de canonica equitate niſi in caſu qn̄ actor debet eligere actionem.

Nota ꝙ libellus pōt formari in vulgari.

Digitized by Google

Nam tūc oportet q̄ cauſam nomiet in libello.vt.l.ſi.C.ð coll.⁊.l.j.C.de fur.⁊.ff.de tribu.l.q̄a heredem.§.elige-re.⁊.ff.de lega.ij.l.cū filius.§.varijs.vel q̄ itellectualiter propter modum agēdi ſpeciem exprimat actio.vt.C.de eden.l.edicta iuxta in verbo ſpeciem.nam quod ex ver-bis cōcipi poteſt videtur prolatum verbis expreſſis.vt ff.de libe.⁊ poſthu.l.gallus.§.quidā.⁊.C.de teſta.l.quo-niam indignum.℄ Et ſi dicas q̄ ſm canonem ſequitur q̄ cauſa ⁊ actio ſunt idem.reſpōdeo non eſt verum quia narratio ē loco cauſe.cōcluſio eſt loco actiōis.vel ſi vis fa teri dicas q̄ actio ⁊ cauſa ſunt idem de iure canonico.ſ. de actōe deducta in caſu agēdi.ſed cauſa ⁊ nomē actōis nō ſunt idem.℄ Secūdo oppo.quia imo ſubtilitates ap-probātur.vt.C.de ſen.que pro eo quod itereſt proferūtur l.v.§.in alijs.So.ibi loquitur de ſubtilitate inventiva ve ritatis ⁊ hic loquitur de ſcrupuloſitate libelli. Preterea etiam de iure ciuili nimium ſcrupuloſa nō eſt neceſſe ex-primere in libello.ar.ff.de acqui.here.l.quid ſi dubitet.ff. ð lib.⁊ poſthu.l.gallus.§.ſi eius.℄ Quero quādo ex eo dem facto reſultant plures accuſan.leges vtrum nomen legis debeat exprimi in libello.⁊ eſt arg.q̄ ſic.ȷ.de excep. ple.li.vj.℄ Cōtrarium ſeruat ꝯſuetudo quia leges con-binātur in libellis criminalium cauſarum.vt eſt glo.ſing. in.l.ſenatus cēſuit.ff.de accu.℄ Quero nunquid libellus poſſit eē ꝯditiōalis ⁊ videt̄ q̄ ſic.ff.ad.l.aquil.l.ſi delictū. ſed ibi actio erat de p̄ſiti propter delictum.vt.ff.qð me. cau.l.ſi cum exceptōe.§.pe.licet nō fieret exactio ꝑpter in certitudinem itereſſe.vñ q̄ nō ꝓcedit libellus ꝯditiona lis ſi incipit a ꝯdi.vt.ff.de iudi.l.nō quēadmodū.⁊ ratio ē q̄ deficit actio ⁊ ſine actio.l.ſine act.origine nemo expe ritur.vt.ff.de neg.geſt.l.ſi pupilli.§.pe.nā actio dicitur ꝑ vt eſt apta ad agere.ſed id qð nō ē in rerum natura non eſt aptum ad agere.ſi aūt libellus incipit a precedēte ob ligatōe poſſunt ꝯſecutiue eius ꝯditiōalia adiūgere libel lo.vt pena ⁊ itereſſe ⁊ ſimiliter no.ff.de verbo.obli.l.ij.§. item ſi in facto.⁊.C.loca.l.cōductor.C.vnde vi.l.nō ab re vide glo.in.c.raynutius.in ver.ſi contra ipſum.de teſta.⁊ ibi per Jo.an.⁊ Inno.℄ Item quotiēs futura preſenti-bus cumulata procedūt poſſunt ſimul proponi ſucceſſiue exequi.vt.C.de fideicōmiſſ.l.j.℄ Ultimo ſcias q̄ actio ē ius proſequēdi in iudicio quod ſibi debetur.vt inſti.de act.in principio.ergo qui illud ius proponit actiōem pro-ponit.quia vbi intētatur diffinitum intētatur ⁊ diffinitio ⁊ ecōtra ⁊ ſatis probatur in capitulo noſtro.℄ Unum quero libellus fuit formatus nō expreſſo nomine actiōis in libello reus petijt exprimi nomē actōis ⁊ expreſſa fuit inepta actio nūquid vicietur libellus.⁊ dico q̄ nō etiam de iure ciuili q̄z quod rite factum fuerat ſuperueniēte im-peritia nō habet viciare quia nō coheret inutile vtili.ar. ff.de lega.iij.l.ſi de iure.Sed glo.Ac.dicit cōtrarium.vt d.l.j.ff.de edē.quaſi videatur ſe aſtringere ad actionem ineptam declarādo ſe ad illā.℄ Nam qui declarat pe nitere nō poteſt.vt eſt glo.ſingu.ff.de verbo.oblig.l.quic quid aſtringēde.ſed ego puto q̄ ad ineptias nemo poſ-ſit aſtringi quia ſunt cōtra ius.Item quia iudex ex offi-cio debet eas repellere ⁊ nō repellet actum aptum pro-pter ineptum.dicit Inno.q̄ obmittere act.non nocet ſi ineptā exprimere nocet.ſed.ȷ.in.c.examinata.dicit q̄ nō nocet exprimere ineptam actōem ſi cauſa ē apta ad age re.nā ineſt actio apta de neceſſitate ergo expreſſio. In cō trariū nihil operatur q̄z ſuperuacuū ⁊ inutile.℄ Ad ter-tiū hic oppo.nā dz quis eligere act.ſed iſte eligit inepā ergo eligēdo ſibi ꝑiudicat.Itē nō edit q̄ ſtulte edit. ℄ Itē iſte ꝓponit ꝯtrium.ſ.actum ineptū. So.ſi añ litē ꝯteſtatā excipitur de ineptitudine dz emēdare libellum ne aduerſarius cogat̄ litigare ſup inepto.⁊ q̄z iſta exce-ptio eſt declinatoria caueat ſe ne ꝯteſtet̄ litē q̄z poſt lit. ꝯteſta.ſufficeret cauſa apta licet eſſet inepta actio.⁊ ita poteſt itelligi dictum Inno. Bal.

Intelleximus.

Excōicat⁹ ad iudiciū trahi tur,ne ð ſua malitia glorie̅t. Primo pōit q̄ōnē Secūdo ſolutionē. Tertio reddit rōnē.ſcðo

ibi rñdemus.tertia ibi ne videat̄.℄ Caſus.queſitum fuit vtrū publice excōicat⁹ maiori excōicatōe in iudicio ſtare poſſit. Rñdeo q̄ ꝯueniri pōt ⁊ dz rñdere in iudicio ꝑ ꝓcu ratorē de ſua ꝯtumacia ei proſit.℄ Opp.q̄ nō poſſit ſta re in iudicio.vt in.c.excōicatus.§.credētes.ȷ.de heret.⁊.ȷ. de ſen.excō.c.ſi vo.Sol.agere nō pōt ꝑ ſe nec ꝑ ꝓcurato-rem ſuū licz ꝓcurator nō ſit excōicat⁹ ſ; bñ pōt conueniri ⁊ tenet̄ rñdē ꝑ procuratorē nō excōicatum. Sed ſcðo op po.q̄ nō teneat̄ conſtituere procuratorē q̄z vſus procura-torū ē volūtarius ⁊ nō neceſſari⁹.vt.ff.de procurato.l.j.§. vſus.⁊ in.c.q̄relam.ȷ.de procu.Sol.concedo q̄ ꝑ ſe nō te neatur reſpondē per procura.ſed conſatiue ſic ſi ipſe ꝑſo-naliter comparet.⁊ ſic verbū dz ſignificat honeſtatem nō neceſſitatē.vel dic q̄ excōicatus cōparat̄ leproſo propter vicium contagiōis.vt in auē.iuſiur.qð ꝑſtat̄ ab alijs.§.ſi. col.ij.⁊ ideo cogit̄ ꝯſtituē procuratorē. ⁊ ſic verbum dbz proprie ſonat.ſi tñ vult conſtituē nūcium qui nihil ſciat ⁊ nihil faciat eo icōſulto.q̄z nūcius proprie eſt qui nihil ex aio ſuo facit ſed ex aio alī.ꝓcurator aūt plerumq̄z ex aīo ſuo facit.q̄z eū reqrit.dico q̄ non ſufficēt q̄z iungeret niſi cultorez proceſſu cāe.ſed ſi eēt nūcius cōſtitut⁹ cum libe-ra iſte poti⁹ eēt procurator ⁊ habēt idoneū mādatū. tex. eſt valde ſing.ff.de verbo.obli.l.q rome.§.calimachus.in ſi.℄ Oppo. q̄ imo teneat̄ perſonaliter comparere.ſ. ad iurandū de calūnia.vt.C.de iuramē.calū.auē.principales. Sol.illud ē verū niſi conſtituat procuratorē ſpecialit̄ ad iurandū de calūnia. Item concedo q̄ interdū teneat̄ do-min⁹ comparere.vt.ff.de procura.l.ſi actor malit.vt.C.de procu.l.ſi.℄ Oppo.ſi pōt cōſtituere procur.ergo procu rator erit excōicatus. q̄z participat cū excōicato. Sol.ex hoc nō incidit in excōicationē q̄z participat de licētia ca nonis.Et idē dico de aduocatis ⁊ alijs litis magiſtris. ℄ Econtra oppo.nam imo vt̄ q̄ excōicat⁹ poſſit agē. vt pz actore appellante q̄ ꝓſequitur ſuam appellationē. vt in c.j.de reſcrip.li.vj.So.ſpāle in appella.⁊ idē puto in nulli tate q̄ colligit̄ ex actu cū nullitas appellatio.ēmergat̄.vt no.in.l.j.C.q̄n ꝓuo.nō ē neceſ.℄ Quero vtrū excōicato debeat ius reddi.exēplū iudicium.pone iurani ſoluē ticio ꝑ.certo termino.tici⁹ adueniēte termino reperit̄ excōmu-nicatus maiori excōicatione.verum ſi ei nō ſoluo ſum ꝑ-iurus dic q̄ nō ſum periur⁹ q̄z excōicatus eſt a cōione ho minū ſegregandus.vt in.c.j.§.j.in ti.hic finit lex. deinde incipiūt conſuetudines regni.col.x.℄ Quero nūquid ex-ceptio excōicati poſſit opponi i foro laycali.Rñ.ſic.vt.C. de ſac.ſan.eccle.l.placz.⁊ no.C.de iur.⁊ fac.ignor.l.j.⁊ eſt rō q̄z habetur pro mortuo.vt no.inſti.de capi.dimi.§.mi-nor.℄ Quero vtrū excōicatus poſſit opponere exceptio-nē compēſatōis.Rñ.nō ſi replicetur.nam replicatio ne-ceſſaria ē ſicut cōtra agē neceſſe ē excipē. ita itelligitur.ȷ. ð excep.cum iter.⁊ ratio quare exceptio compēſatōis dif fert ab alijs exceptōibus ē q̄z ſapit recōuētionē. vt ſinglr no.C.ð compēſa.l.neq̄z.℄ Sz nūquid excōicatus ē tur-pis ꝑſona.Rñ.ſic ꝑ locum a remotiōe.quia remouetur a conſortio catholico ⁊ honeſto.vt.C.ð ſpectaculis.l.ſiquis. ℄ Quero excōicatus obtulit libellum ⁊ fecit partē cita-ri deinde ſuperſedit in procedēdo reus petit eum cogi ad ꝓ cedēdum.ipſe dicit ſe nō poſſe procedē. quia excōicatus nūquid pōt allegare propriam turpitudinē. ⁊ vr̄ q̄ ſic q̄z ē decreta ꝑ ſniam excōicationis. nam idē dicimus in ꝑiu-ro quando pōt ſe allegare periurum.quia magis allegat ſniam q̄z crimē.vt ſinglr no.ꝑ glo.⁊ Bar.ff.ð iureiurā.l. alias.⁊ ꝑ Inno.ȷ.ð iureiurā.c.mulier.In cōtrarium vide-tur quia ſentiret lucrū ex malitia ſua quod eē non dz.vt ð ⁊ hec vera.quia in agēdo actor efficitur reus in procedē-do.℄ Sed quid dicis de bannito bonis adeptis. Rñ. iſte liberatus eſt.ff.de fideiuſſo.l.ſi debitori ꝺportato.niſi fiſcus repudiet bona.q̄z tunc non liberatur. ar. illius not. glo.que eſt.ff.de le.j.l.ſi ſeruus plurīū.§. quis autē.⁊ facit qð no.ff.quibus cau.maio.l.ſiqua mulier.§.j.℄ Sed po ne ticius accuſauit ſeium de homicidio lite pendente iſte ticius fuit excōmunicatus vel bānitus nunquid poterit procedere ad vlteriora.Rñ.in bannito dico q̄ ſic. vt.ff.ð publicis iudici.l.is qui reus.§.inchoatas.vbi eſt tex.vni-

cus

cus in iuſ. In excōicato puto contrariū tamen iudex ex officio procedat tanq̄ ſi accuſator procedere vellet. vt. C. de accu. l. ij. Iſta. n. eſt boni eq̄paratio q2 nolle dicit̃ qui facit qḋ nō poſſit velle. vt no. in. l. j. C. de naturali. lib. ⁊ no. i. c. j. de iure patro. li. vj. ⁊ ſciaſ q̄ excōicatio vel bānitio nō elidit act. in eſſentia ſed in ꝓponendo. nā ſi elideret actionē nō poſſe cedi. vt eleganter no. ff. de excep. do. l. apud celſuʒ §. ſicut legitima. Sed an excōicatus poſſit facere teſtm̄. ⁊ vi. q̄ nō q2 teſti factio ē publici iuris. Sed iura publica ſunt excōica. interdicta. dic. ꝫ. vt no. i. c. decernimus. ḋ ſen. excō. li. vi. in nouella. Nā ob. q̄ ſint ſimplici iur. qḋ vex ē auctoritate ſed non vtilitate. Item nō ob. q̄ excōicatus ē infamis quia ēt infamis pōt facere teſtm̄. vt. C. de ſecun. nup. l. 4. niſi ſit dānatus de publico vel ad morteʒ. vt. ff. de teſta. l. collega. Sed nū quid excōicatus pōt iura ſua vendere alteri. rñ. ſic q2 cōtrahere pōt. nec obſtabit ceſſionario ex cauſa nō lucratiua exceptio excōicationis. ſecus ſi pretēderet cauſaʒ lucratiuā ſm̄ By. idem qui nō perdidit bona. Nam bānito ſicut excōicato an cōtrahē. ⁊ etiaʒ in ſe defendendo ius reditur. vt no. ff. ex quib⁹ cau. in poſ. ea. l. ad cognitionē. vbi eſt glo. ſingu. ¶ Sed nūq̄d excōcatus poteſt accuſare. reſpondeo nō preſertiʒ tanq̄ quilibet de populo ⁊ hoc ſi excipiaſ de excōmunica. aliter hñ tenet ꝓceſſus. vt in. c. pia de excep. li. vj. ar. cōtra q̄ ꝓceſſus ſit ipſo iure nullus de illa ſingulari. l. ff. de aleato. l. j. §. quid autem. ſed ibi ipſo iure nō ꝯperit actio. ¶ Sʒ nūquid excōicatus pōt allegare excep. preſcript. rñ. ſic quia reus ⁊ quia pſcriptio ſimilis eſt ſolutioni. vt. ff. ḋ admi. tu. l. ſi pupillus. ⁊ ff. de iureiur. l. vnus. §. ſed autē. ¶ Quero ſi ambo ſunt excōicati actor ⁊ reus vtrum reus poſſit obiicere actori repetēti mutuū exceptio. excōica. ⁊ videtur q̄ nō q2 reus tractat de lucro captañ. actor de dāno vitañ. per doctri. Inno. ꝫ. de adul. c. intelleximus. vbi dicit cōtra q2 repellere aliquē a limine iudicij nō eſt lucrū ⁊ quo ad legitimā perſonarū dʒ potius attēdi actor q̄ re⁹. vt. C. q̄ da. tu. poſ. l. in vniuerſis. ¶ Pone papa dedit licentiam monacho teſtandi de bonis ſibi relictis a patre. Iſte monachus ē excōmunicatus nūquid poterit teſtari. rñ. nō q2 iſte monachus ſimilis ē militi miſſo ignominie cauſa qui nō pōt teſtari ſm̄ priuilegiū militūʒ. vt. ff. de teſtamento militis. l. teſtamēta eoꝝ. tamē ſi poſtea ſit reſtitutus teſtamentum cōualeſcit q2 excōicatio nō hʒ perpetuaʒ cauſaʒ prohibitionis ſed vſq; quo durat. ar. ff. de le. ij. l. titia ſeio. §. vſuras. ⁊ ff. de here. inſti. §. ſi is qui ſoluendo duos non erat. ⁊ qḋ no. in. c. quanquā de vſur. li. vj. Naʒ teſtatio mētis aliqua fuit potētia ex qua ſequiſ ꝯualeſcentia. arg. ꝫ q2 eodē ſtatu durāte perpetua ē prohibitio qḋ videſ verius niſi ſtatu mutato. ⁊ abilitatio tacite vel expreſſe cōfirmat priorē volūtatē qḋ tacite facit eam reformando non ſolum totaliter ꝯfirmando q̄ nō ē mulū notabile. vt. ff. ḋ teſta. mil. l. tribunus. §. ſi. ⁊ ff. de ſe. tab. l. qui ex liber̃. §. teſtamēto. Sed quid ecōtra ſi tēpore teſtamēti erat in gratia poſtea ē excōicatus. rñdeo rumpiſ teſtamētum tātuʒ ꝓpter ſuū delictum q̄nimo etiam ſi iniuſte excōicatus ſit propter auctoritatē rei iudicate. vt no. ff. de ſecun. tabu. l. j. §. exigit. ⁊ ff. de bon. liberto. l. ſi necem. §. ſi deportatus. ¶ Sed nūquid excōmunicatus ſuccedit patri ab inteſtato tanquam ſuus heres. vt. l. ex teſtamēto. ⁊ videtur q̄ nō. quia habetur pro mortuo. vt in. l. j. §. ſi pater. ff. de cōiugē. cum emā. liber. l. eius. Contrarium eſt verum quia iura patrimonij non perdit ⁊ quia iura agnationis retinet. nō enim q2 excōmunicatus non confiſcatus vel deportatus tamen in iudicio nō erat diu abſolut. ſit licet ideo etiam tutelle legitime ſibi deferunſ tamen decreto iudicis non poteſt ei concedi adminiſtratio tutelle. publica excōmunicatione durante. ⁊ multominus durante ſolemni anathemate. Baldus.

¶ **Lerici.** Clerici de omni crimie debēt coram eccleſiaſtico iudice cōuenire nec valet cōſuetudo contraria. ¶ No. q̄. ll. non dedignanſ ſacros canones imitari.

¶ Item in conſuetudinibus ⁊ ſtatutis municipalibus q2 canones non mittentes falcem in meſſem alienam preualēt ſed in propriā legib⁹ ⁊ ſtatutis mūicipalib⁹. ¶ Sʒ nūquid canones poſſunt mittere falcem in alienam meſſem puta in ſucceſſionibus que ſunt de iure ciuili vel pretoris. verbigratia. dixit lex q̄ mulier nubens infra ānum luctus non ſuccedit niſi in quibuſdam ſed apoſtolus dixit nubat in xpo. dixit Pe. q̄ non eſt ſtandum in iure canonico ſed ciuili dicto de hoc. dic vt notatur i. l. j. C. de ſecū. nup. Quidam tamē dicūt q̄ dictum apoſtoli debet intelligi qḋ nubat in domis. tamen nō ſine infamia vulgi. dic vt ibi dixi. ⁊ no. ꝫ. de ſecū. nup. c. penultimo. per Inno. Et ſi imperator poteſt diſpenſare q̄ nō contrahatur infamia. multomagis apoſtolus. ¶ Sed hic queritur de tali dubio pōe ſtatuto ciuitatis Rom̄. cauetur q̄ propter vitādū ſcandalum ciuitatis nullus poſſit contrahere matrimonium cum terrena ſub pena capitis. ¶ Queritur vtrum teneat ſtatutum quo ad penam. reſpō. ſic quin nō pūitur matrimonium. quod eſt de iure diuino ſed eius qualitas. vt. d. l. j. de ſecū. nup. de hoc nota. in. c. ſtatutum. de hereticis. lib. vj. in nouella. In matrimonijs enim nō pūitur matrimonium inquātum matrimōium ſed poteſt pūiri i ſua qualitate. vt. ff. de cōtrahēd. l. nō tātum. §. ſi emācipatus. ¶ Sed hic queritur de tali dubio ſtatuto ciuita. mediolani cauetur q̄ nullus ſubditus poteſtati mediolani poſſit alienare rem imobilem in nō ſubditum niſi ſoluat tantum pro libra. Queriſ an poſſit alienare in pſonā eccſaſticam ⁊ ſi ꝓhibeatur expreſſe an ſit īterpretādum cōtra libertatem eccleſie ⁊ in hac q̄one laudabilis memorie do. Signorolus de mediolano poſt ꝓlixas allegatōes pro ⁊ ꝯtra finaliter ꝯſuluit ꝯſilio. xix. ⁊ ſequitur q̄ poſito ꝑ ꝯſtāti. ⁊ pro vero ſicut eſt q̄ dictū ſtatutū ꝯprehendat ꝓhibitōeʒ alienatōis que fieret in pſonā eccleſiaſticā nihilominus dictum ſtatutū eſt iuridicū ⁊ nō improbādū nec cenſendū ꝯtra libertatē eccl̃e q2 ē ꝯditū fauore publici ⁊ cōmunis bōi ⁊ ſubditorū vt eis ſalua imobilia ⁊ territoria ꝯſeruētur. vnde ſi eſt cēſendū eſſe ꝯtra libertatē eccleſie ſʒ pro libertate publici territorij ⁊ publicaꝝ functōeʒ. ⁊ ego dico q̄ res publica eq̄paraſ eccleſie. vt. C. de ſacroſan. ec. l. ſi. vnde ſicut eccleſia defendi dʒ in iurib⁹ ſuis ita ⁊ ciuitas. ¶ Item nō eſt dubiū q̄ dñs poſſit imponere legem rei ſue vt nō poſſit alienare in eccleſiā vel in aliuʒ potētiorem. vt no. ff. de ver. obli. l. ſi ita q̄s. §. ea. l. ⁊ id qḋ pōt fieri per pactū vnius multofortius ꝑ pactū populi poteſt fieri cum ciues. ita ſtatuūt ſuper rebus ꝓprijs. vt no. C. de decre. decur. i rub. li. x. q̄ ꝓculdubio ē vex in ꝓdijs tributarijs vel aſſectis ꝑpetuo honori collectaꝝ. Nā eccleſia nec iniuſtum facere nec iniuſtuʒ pati debʒ ⁊ maxime circa dimidēdas reipublice vires. vt in. c. de feu. alie. ſi clientibus col. x. ⁊ ē expreſſum in. c. primo. §. donare. aut pro anima iudicare qualiter olim feudum alienari poterat. ⁊ de prohibitione feu. alie. per lotarium. c. j. in fine ꝑcipij. ibi duʒ dicit nemini licere per q̄ imperij vel dominorum minuatur vtilitas. Preterea licet cōmertia ſint de iure gētiuʒ. tñ poſſunt artari per ius ciuile. vt. C. ſi lice. habitatorib⁹ metrocomie loca ſua in alios trāſferre. l. j. li. xj. ¶ Deinde nota. q̄ ñ valēt cōſuetudies cōtra libertatem clericorum id eſt cōtra eorum iuriſdictiōes vel priuilegia vel domunia. vt hic. Idem i ſtatutis per quos homines imittūſ a doffenſas clericorum. vt dicā. ꝫ. de reſti. ſpol. piſanis. Et adde hic qḋ not. de cōſuetudinibus prauis ſi ſeruādis. vt in auč. vt nulli iudi. §. j. ⁊. C. de agri. ⁊ cēſi. l. dñi prediorūʒ. li. xj. ¶ Quero vtrū valeat teſtm̄ factū ꝯtra libertatē prelati vel regule vt ſi legaſ monacho. ita tñ vt ne abbas faciat ei ꝯtrouerſiā. glo. dicit q̄ ſic. ff. ad treb. l. Iulius. §. tres heredes. ⁊ ar. ff. de ꝯdi. ⁊ demon. l. ticio centum. §. 1. Sol. aut legatum tēdit ad pietatē vt legatū alimētoꝝ ⁊ debʒ ſeruari forma teſtamēti. aut tendit ad proprietateʒ. ⁊ tūc valet teſtamētum. ⁊ nō forma eius q2 iſta adiectio eſt cōtra ex propriationem que debeſ ex vi regule monachalis. vnde nedum teſtator ſed nec papa ſm̄ quoſdam poſſet diſpenſare. de hoc dixi in l. prima. C. de his que pene nomine. Baldus.

¶ Addē q̄ Bal. hic videtur male loqui quia tale ſtatutū non valʒ. vt per Io. an. i d. c. ſtatutū. ⁊ doct. in. c. j. de ſponſa. ¶ Adde hic Bal. in ꝯſilio. cccx. incip. in xpi nō. adeundē etiam in teria pte vbi magiſtraliter hac materia diſtinguit. An vba ſtatutū incipiant a pſona ſubdita. an vo incipiant a pſona nō ſubdita. ⁊ ibi ponit exemplum.

¶ **Auſam.** Iudex ꝓuidere dʒ ne collegium iniget coraʒ eo ſine

auctoritate prelati. ¶ Casus. Fratres duliuensis mo-
nasterij habebant causam cum monachis sancti Albani.
qui fratres duliuen. erant monachi episcopi duliuen. pa
pa cõmisit causam cuidã iudici dans ei in mãdatis ꝙ ꝓ
uideat inter cetera ꝙ fratres duliuẽ. monasterij auctorita
te ⁊ ꝯsensu episcopi sui ingrediãtur iudicium ne si fratres
sancti Albani obtinerẽt in causa frustratoria esset eorum
victoria. Epo duliuẽ. proponẽte ꝙ fratres duliuẽ. nõ ha
bebãt legitimam personam sine episcopo. ¶ Not. ꝙ iu-
dex debet prouidere ꝙ litigetur per personam legitimã
ne iudicium sit elusoriũ. ¶ Sed quid ecõtra an prelatus
possit eẽ in iudicio sine ꝯsensu capituli. Et rñdeo ꝙ nõ. s.
iure cõi. allegat gl. l. ait pretor. ff. de iure delib. vbi dicit ꝙ q
nõ põt alienare nõ põt actiões ꝓponere que regula est ⁊
sic itelligitur. s. qui nõ põt noie proprio alienare nec noie
proprio agere. tutor tamẽ nõ põt alienare ⁊ tamẽ causaz
agere potest alieno noie qr illa regula nõ hz locũ i admi-
nistratoribus. Itez pater. vt C. de bo. mater. l. ij. ⁊ dic vt
ibi. Inn. hic dicit ꝙ in negocio cõi prelati ⁊ epi non licet
cõmertiũ agere sine episcopo. Itez in quolibet grãdi ne-
gocio lz nõ sit cõe tñ requirit epũs vt auctoritate prestãs.
Inde aiit Arch. ꝙ solus platus nõ põt agere. lxviij. di.
c. ij. Dicit Arch. ꝙ sindicus qui nõ est generalis ñ potest
iurare sine licẽtia ⁊ spãli mãdato. xxij. di. vt nullus. Naz
libera adiecta spãli mãdato nõ auget mãdatũ. ff. de ver.
ob. l. qui rome. §. calimachus per Bar. ¶ Quero an ꝓ-
latus faciat media ꝑtem totius capituli in collectis sub
eũdis. ⁊ dic vt de priuile. cum ⁊ plãtare. p Inno. Oppo.
nam si sñia esset lata in fratribus duliuẽ. valeret ꝗuis ꝓ-
latus nõ ratificaret. vt C. de procu. l. si eo minus. Sol. ibi
minor erat in iudicio cũ maiore. sed capitula equiparant
duobus minoribus ita ꝙ cessat iter eos priuilegiũ. arg. ff.
de excu. tuto. l. sz ⁊ milites. in prin. ¶ Extra quero nũqd
collegia possint ꝯpelli ad ꝯstituen. ꝓcuratorem vel sindi
cuz. Rñ. sic. vt. ff. de fideicõ. liber. l. ergo. ⁊ ibi p Ja. de are.
¶ No. in isto caplo ꝙ eccła epalis põt esse regularis ⁊
monachalis ẜm Jo. an. ⁊ Host. raro tamẽ hoc inuenit ꝙ
sit monachalis ita ꝙ epũs sit epũs ⁊ Abbas ẜm Hostien.
¶ Quero nũquid Abbas possit ratificare ꝓcessuz mõa-
chi. põt dici ꝙ nõ qr monachi psona in iudic. est ipso iurẽ
nulla. vt no. in filiofa. C. de bo. q lib. l. fi. §. necessita. Sz ꝯtra
ibi videt qr ibi filius nõ agebat noie patris sz monachus
agit tãqñ ꝓcur. abbatis siue monasterij ⁊ iõ iuxta regu
lam generalem põt ratũhaberi. qd verius est. sed vtrum
prelatus dicat mãdamus vel dicat ꝯsentimus. rñdeo qr
mãdatum ꝯsensũ ꝯtrahit. vt ff. de ꝓcu. l. filius. §. si de filio
⁊ C. de colla. auc. qd locuz. Item scias ꝙ in factis arduis
semp capłm idiget ꝯsensu prelati sui ⁊ prelatus capituli
lz bona sint diuisa ẜm Jo. ⁊ alios qui tãgũt statum eccle
sie in. c. i. j. de procura.

Tam nõ ab homine.

Ecclesia optat hois salutẽ ⁊ nõ interitũ ⁊ iõ
gradatiz emẽdãdo ꝓcedit ⁊ ñ fulminat dgra
dãdo. hoc intẽdit ista decre. vel sic clericus deposit⁹ ⁊ in
corrigibil' tradit curie seculari. ¶ Casus. qsitũ fuit vtruz
lz regi vel alicui seculari psone iudicare vel in quocũqz or
dine ꝯstitutos depreheñsos in crimine furti homicidij vl'
periurij vel alio reatu. respõdetur ꝙ nõ sed debet depre-
hẽsus atqz legitime ꝯuictus ab ecclesiastico deponi iudi
ce. Et sic depositus si est incorrigibilis debet primo excõ
municari. s. minori excõicatiõe deinde crescẽte ꝯtumacia
excõicari maiori. postmodũ vero si in profundum oium
malorum veniẽs oia ꝯtempserit cum ecclesia nõ habeat
vltra quid faciat nec possit esse vltra pditio plurimorum
ꝯprimẽdus ẽ per secularẽ ptãtem ita ꝙ ei deputẽt exiliũ
vel alia pena legitima imponat. Dicit Inn. ꝙ probato
crimine clericus deponit ⁊ nõ ꝓcedit ad aliam penã sed
sufficit depositio. Secus si enormicas cause aliud indu-
cat vel nisi sit incorrigibilis in quo casu ꝓcedit ẜm formã
huius decre. Ar. ꝯtra ꝯtumaciam ꝓcedit iterloquendo
hoc modo. qr primo excõicat. postea si est incorrigibilis
anathematizat ⁊ postea deponit. ⁊ anathema ẽ maxie ex

cõicatio. Itẽ dicit Archi. ꝙ differẽtia est iter nõ obedire
⁊ cõtemnere. ⁊ iõ ẽ dña inter ꝯtemptũ clauium ⁊ simpli
cem contumaciam. qr cõtemptus clauium est contẽnere
disciplinam ecclesie sed contumacia est contemnere iudi-
cem. xi. di. nullus. Itẽ dicit Archi. ꝙ cõsecratus nũquam
recõsecrat ad eũdez ordinẽ. lxviij. di. c. i. Archi. iusticomi-
nus ille q ẽ decõsecrat⁹ põt ꝯsecrari. Iudex añ factũ debet
studere ꝯcordie post factũ autẽ dz punire. vt ff. de vsufru.
l. legitimũ. qr ante factuz quis ẽ monẽdus post factuz ple-
ctẽdus. ¶ No. quo clericus in minoribus constitutus dz
deponi. Itez no. ⁊ premitte ad euidẽtiaz ꝙ interduz cor-
rectio icipit a crimine interdũ a contumacia. No. qd dixi
in summario. ¶ Itẽ no. ꝙ ad puniẽdum clericũ vel aliũ de
crie nõ sufficit sola dephẽsio nisi post dephẽsionẽ conuin-
catur. facit. c. i. j. de pe. ¶ Itẽ no. qualr sit puniẽdus cleri-
cus qñ pena incipit a crie qr pmo deponit. secũdo excõica
tur minori excõicatiõe. tertio maiori quarto traditur iu-
dici seculari. quinto punitur ab eo pena exilij vel alia pe-
na legitima. ¶ In tex. ibi in quocunqz ordine sacro vel ñ
sacro. Pe. ⁊ Abb. Ibi conuict⁹. põdera hoc verbũ ꝙ nõ
fuit positum in ꝯsulratione. nõ sufficit ergo sola deprehen-
sio nisi quo ad infamiã. ff. de rit. nup. l. palam. ẜm gos. Ibi
excõicari. s. maiori excõicatione. Inn. adez gos. Ibi contẽ
pserit. concor. xvij. di. c. nec licuit. Pe. ⁊ Abb. quid faciat
propter forte ipsius potentiã ẜm Abb. ibi ꝯprimẽdus ⁊
primo degradãdus ẜm Pe. qd non credo verũ de neces
sitate. ibi exiliũ. qd etiã ab eccła iponi potest. j. de pen. c. vl
ti. ¶ Et no. ꝙ ex quo prius excõicatur qz exiliũ patiatur.
sequitur ꝙ excõicatio nõ est exiliũ. Itez no ꝙ illi qui veni
unt in profundũ maloꝝ. s. qui nõ timent leges neqz presi-
dem debent poni in exilio ⁊ sic expelli de ciuitatibus cum
nolũt ciuiliter cõicare cũ alijs ⁊ sic non sunt sociales sicut
debet esse hõ. vt dixit Aristoteles pmo politicoꝝ. ¶ Sed
hic quero quis dicatur incorrigibilis. Rñ. ille qui nõ ob-
temperat pretori in eo ꝙ extremũ. i. vltimũ iurisdi. est vt
qr depositus nõ dimittit beneficiũ vel gerit officium. Ille
autez qui nõ obtemperat in eo extremo qd est primũ in
iurisdi. i. qr citatus nõ ꝯparet nõ dicimus ꝙ sit icorrigibi
lis licet sit ꝯtumax ⁊ excõicãdus ꝓpter eius ꝯtumaciam
ff. siquis ius dicen. non obtem. l. i. §. i. ⁊ ista dr excommuni-
catio ꝓpter ꝯtumaciã. sed quãdo iaz ꝯdemnatus est ⁊ po
stea excommunicat qr non obtemperat ꝓpter crimen ñ
dr excommunicari. Porro scias ꝙ qui obtẽperat pretori
sponte vt qr iuribus preture est expulsus de beneficio non
debet tradi iudici seculari vt hic quia tam correctum est.
¶ Oppo. ꝙ deprehensus in crimine habeatur pro con-
uicto. vt. l. palam. vt. ff. de ritu nup. Sol. ibi fuit deprehen
sio publica que sufficit quãtuz ad infamiã sed non quãtuz
ad diffinitiuã nisi probetur actus delicti. ¶ Sed nunqd
iste deprehensus potest detineri per. xx. horas. dicit Ber.
ꝙ sic. vt. ff. de adul. capite quto. ¶ Sed nunquid possunt
detineri per laycos. dicit glo. ꝙ sic de auctoritate ꝓlatoꝝ
non aũt auctoritate ꝓpria laycoꝝ aliter ipsi layci excom-
municati essent ipso facto. de ß no. lxxxi. di. ꝓbiter. l. dist.
siqs diacon⁹. ⁊. c. de his. el. ij. ¶ Et no. ad statuta q dicũt
ꝙ ville teneantur capere malefactores qr non hñt locũ in
clericis. ¶ Sed qd de bãnitis nũquid pñt a quolibet ca
pi. dic ꝙ sic. vt. C. de male. ⁊ mathe. l. fi. q ꝓprie loqtur in
diffidatis q ⁊ debent presentari in iudicio ⁊ c. l. singularꝫ.
¶ Quid in clerico q fugit cũ pecunia mea. rñ. possuz ipz
capere cũ pecunia mea ⁊ detinere nõ tñ vltra. xx. horas sz
debeo iudici presentare si possuz. vt. l. ait pretor. §. si debi
tores. ff. que in frau. cre. ⁊ hoc iõ qr periculũ est in mora. vt
no ff. qd met. cã. l. extat. ⁊ hoc est licitũ qr proprio interes
se. ⁊ ideo si restituit mihi pecuniã non possum ad iudicez
ducere qr statiz ipso facto essez excõicatus. ar. ff. de fur. l.
qui vuas. in prin. ¶ Quero nũquid ß ordine sit ꝓceden.
qñ pena imponit pp contumaciã. rñ. nõ qr per contuma
ciam non deponit pmo sed suspenditur ab ingressu eccle
sie ⁊ similibus a quibus etiam suspenditur laycus. secũdo
crescente contumacia excõicatur. tertio deponitur. quar
to ⁊ vltimo traditur curie seculari ẜm Ber. ⁊ ista glo. re
putatur multum nobilis. ¶ Quid si epõ non seruãuit
istum

Digitized by Google

iſtum ordinem ſed depoſuit ⁊ videns eum obſtinatum tradit curie ſeculari. videtur ꝙ teneat proceſſus. vt in auč. vt clerici apud proprios epōs coll. v. qđ verū eſt ſi degradat quo caſu non eſt neceſſaria alie traditio fienda iudici ſeculari qđ dic vt in. c. degradatio. de penis. li. vj. Ego nō puto ꝙ omiſſo ordine iſtius. c. poſſit tradi iudici ſeculari qꝛ iſte ordo eſt datus pro forma ⁊ nihil ex ſolemnib⁹ ē omittendum. vt. ff. de in integrum reſtitu. l. diuus. ⁊ predicta vera quando delinquit in laycato ⁊ in fraudem pene fact⁹ eſt clericus eſt degradandus ⁊ ſine iſto ordine deducendus eſt ad ſtatum laycatus ⁊ puniendus ſm tempus delicti. vt no. in. c. nemo. per archi. xj. q. j. ⁊. l. j. C. de pen. ⁊. s. ꝺ obliga. ad rōcinia. c. j. ¶ Sed ecce queritur an clericus pdat priuilegium ſuū propter delicti locum in quo ſeruat ius cōmune. rñ. ſic ſm Pe. ⁊ Cy. in auč. qua i ꝓuincia. C. vbi de cri. agi oꝫ. in ſecūda qōe i prima gl. i. ſuſpēdi. Queſtio a quo ſuſpendeſ iam depoſitus. dic ſꝫ Pe. ⁊ abba. ꝙ ſuſpendeſ ab ingreſſu eccleſie ⁊ finibus a quibus ſuſpendiſ laycus. ego dico etiā ab īgreſſu ciuitatis lꝫ talis ſuſpēſio ſit meri impij. vt. C. de ſen. ⁊ interlo. om. iu. l. nullus. de inde vide hic ꝙ ꝓ quocunqꝫ piurio pōt clericus deponi. Item ſimplices clericos ſm Hoſti. ¶ Item no. ꝙ nō eſt recurrendum ad brachiū ſeculare niſi tūc demū cum eccleſia nō pōt exhibere iuſtitie cōplemētū de hoc p Archi. xxiij. q. iij. adminiſtratores. ¶ Quero nūqđ ille qui eſt incorrigibilis ſit corrigēdus. ⁊ videtur ꝙ nō qꝛ fruſtra eſſet. In ꝯtrarium qꝛ correctio ē actus iuſtitie ⁊ act⁹ caritatis vt no. Archi. ij. q. j. ſi peccauerit. vbi videas. ⁊ p hoc determinaſ queſtio dicit ſtatutū ꝙ ſiqs vulnerauerit aliquem puniaſ in centū que ſi ſoluere noluerit vel nō potuerit infra menſem amputeſ ei manus qꝛ iꝫ ꝓſteſ ſe non ſoluturum tamē debꝫ expectari menſis qꝛ volūtas hominis eſt mutabilis. vt no. ff. de dam. inf. l. qui bona. §. ſiqs ſtipulatus. ¶ Et no. ꝙ huic menſi nō poteſt renūciari. nam per hoc renūciareſ defenſioni. poſſibile eſt enim naliter ꝙ condemnatus moriatur interim quo caſu nō fieret executio ſnie nec decederet inteſtabilis. ⁊ defenſioni qđ pōt eē naturaliter ⁊ ppetua nō pōt renūciari in criminali vt ſingl'r no. ff. de pac. l. pactum inter heredē. ¶ Itē accidētaliter pōt ſupuenire defenſio p grām imperatoꝝ ⁊ ēt huic ſpei renūciare nō poteſt. tñ lex dicit ꝙ reſtitutio in integrum que ſoli principi competit reputatur quid impoſſibile ⁊ ideo nō curaſ. vt. ff. de fideicō. liber. l. ergo ⁊ ideo prima ratio eſt melior. Bal. doctor.

q **Via. V.** Per reſcriptum per impetratū ꝯ violētiā conuenitur eius ſucceſſor q ſcienter ſucceſſit in viciū. h. d. ſm gl. Vel decre. iſta nihil aliud dicit ſūma niſi ad ſingularis ſucceſſor ꝯuenitur auctoritate literarū que obtente ſunt ꝯtra defunctū cui ipſe ſucceſſit ēt expreſſo proprio noīe ipſius defuncti. ⁊ hoc eſt verū cum ſucceſſor ſucceſſit in vitium defuncti. vt hic. alias ſecus. vt. s. de reſcrip. c. ſignificauit. ⁊ hoc nō eſt ex vi interdicti vnde vi qꝛ perſonale eſt nec ex rigore reſcripti. ſed eius interpretatione extenſiua auctoritate ⁊ equitate huius no. c. ⁊ hoc tene ꝯcluſiue expreſſum interdictum vnde vi dirigiſ ſpoliatori nō ei q nō ſpoliauit ſꝫ ſpoliatum inuenit. Sꝫ reſcriptū pape dirigiſ in rem ipſam ⁊ extendiſ ꝯ poſſeſſorē cū tpe date nō poſſideat ſꝫ poſtea litē pendēte ſucceſſit i vitiū. h. d. de libello iudiciali. aut in rem dirigiſ vt peto me reſtitui amoto quolibꝫ illicito de tpe ⁊ tranſit. aut dirigiſ i pſonā ſpoliātis ⁊ nō tranſit ſꝫ nouo libello vi tñ eiuſdē reſcripti agi debꝫ. j. de reſti. ſpol. cū ad ſedem. ⁊ ita teneas concluſiue. Et primo ponitur facti narratio tria ꝯtinens. ſ. impetrationem mortem ⁊ ſucceſſionem in vitiū. ſecūda ibi ꝑci pimus poniſ mandatum pape ꝯforme priori mādato ſalno. ꝙ loquiſ de noua pſona ſucceſſoris. ¶ Caſus. quidam g. clericus ſpoliauit. p. poſſeſſiōe iſte. p. ſpoliatus impetrauit reſcriptum ſuper reſti. ſue eccleſie ad quoſdam iudices delegatos. mortuus fuit. g. cui ſucceſſit quidam Rub. ſciens vitium poſſeſſionis. ſignificatum fuit pape. papa mādat eiſdem ꝙ ꝓcedant ꝯ ſucceſſorē in forma prioris mādati quēadmodum ꝓcederēt ⁊ negociū terminarēt ſi. g. viueret in humanis. ¶ In tex. ibi ingreſſus ſubaudi ſciēs ab. V. violētiā fore cōmiſſam. Ibi ꝑcipimus. p hoc dicūt Inno. Vinc. Gof. Ho. ⁊ Egidius ꝙ ꝓcediſ hic ex vi huius ſecūdi reſcripti quaſi primum expiraſſet aliter nō diceret littera precipimus ſed dixiſſet reſpōdemus. ⁊ eſt ſimile. s. de offi. dele. cū ⁊ qđ ſubdit littera ꝯ. ſ. ꝯfirmatarum. Alij dicūt ꝙ auctoritate primi qꝛ violētia afficit litē ſicut vitium litigioſi. hoc nō placet Inno. etiam ſi ꝯcluſum eēt in cā ⁊ etiā ſi ageref reali iudicio qꝛ inſtātia nō tranſit ad ſingularē poſſeſſorem q incipit poſſidere a ſeipſo ⁊ nō per tradi. rei ꝯuenti. Idem ait ꝙ ēt ſi lata eſſet ſnia ⁊ ꝯdēnareſ mortuus nō mādareſ ſnia executioni nō pmiſſa ſummaria cognitione. Sed ſi aliqui velint dicere ꝯtra eū. In no. idē ait ꝙ ſi agiſ nomine eccleſie trāſit inſtātia in ſuccedentē prelatū. ſecus ſi noīe pſone. Inn. dicit ꝙ eſt no. ⁊ ad de qđ no. Cy. C. de ali. iudi. lꝫ ſꝫ Ber. ꝓcediſ ex vi priuatarum literarum. ⁊ iō dicit ꝑcipimus qꝛ forte iudices nolebāt ꝓcedere credētes expiraſſe mandatum. ¶ Modo venio ad apparatum in quo ſunt due lecture contrarie. ſecūda ibi. alij dicunt. ¶ Et primo examinabo primam lecturam ex qua no. qđ dixi in ſummario. dicūt quidā ꝙ q ſuccedit in eccleſia eſt vniuerſalis ſucceſſor. vt. j. de reſti. ſpol. cū ad ſedē. hoc nō eſt verū qꝛ hic nō ſucceſſit in iure ſed in vitio rei violēte. ergo cum notabili. bene ꝯcor. s. de ali. iudi. c. j. Iſta nō eſt bona concor. qꝛ ibi interuenit alienatio cā mutādi iudicij hic mors que ptinet ad illud edictū. vt. s. de alie. iudi. l. ex hoc edicto. §. ſꝫ heredē. Sol. iducit gl. ad probādum ſuum notabile ꝙ decre. epiſtola ſiue reſcriptum obtinet vim reſtitu. ⁊ ideo porrigiſ ad ſimilia. ſꝫ iſta ratio eſt falſa quia reſcriptum eſt ſtricti iuris. argu. ff. ſol. ma. l. ſi vero. §. de viro. So. inducit gl. rōnē qꝛ decretū factum in pſona anteceſſoris tranſit in pſonam ſucceſſoris ⁊ defuncti. vt. ff. de fideicō. libe. l. cū quaſi. ⁊ no. ff. de reg. iur. l. neratius. ſed ibi eſt ſpeciale fauore libertatis. ff. qui ſatiſda. cog. ſi deceſſerit. ff. iudi. ſol. l. ſi ante. ¶ Modo gl. oppōit qꝛ reſcripta nō extēduntur ad alias perſonas vel res ꝺ offi. dele. c. p. ⁊. c. cū olim. Et eſt expreſſum etiam de ſucceſſore vniuerſali. vt no. s. ꝺ reſcrip. c. ſignificauit. ¶ Preterea iudicis datio ñ tenet ſi iā mortuus eſt contra quem iudex datus eſt. vt. ff. que ſen. ſine ap. re. l. paul. alias ſcipit eum qui. Solu. hic dicit glo. ꝙ illa regula fallit qñ ſucceſſor ſuccedit in vitio ſcilicet reali. vt. j. ꝺ reſti. ſpolia. ſepe cōtingit. vel in vitio iudiciali. vt. s. de alie. iudi. qꝛ iſti ſimiles ſunt in vitio. Itē iſte. h. qui occupauit de nouo quaſi continuauit occupationem veterem. ⁊ ideo equum eſt ꝙ reſcriptum extēdaſ ad eum. preſertim qꝛ habetur ratum factū illius ſimile. j. de imunita. eccle. c. aduerſus. ⁊ ꝓbat gl. ſuā opi. qꝛ ſi nō ſuccederet in reſcripto prioris. iſta decre. non eſſet ſituata i titu. l. de iudi. Preterea nō ꝯtineret caſum dubitabilem qꝛ certum eſt ꝙ ex nouo reſcripto agi pōt. ¶ Modo ſeqtur ſcđa lectura in ſi. glo. ibi alij dicūt que dicit ꝙ auctoritate ꝑmi reſcripti iudices nullā habēt iuriſdi. nec poſſunt procedere per pōas litteras. ⁊ hoc ꝓbatur quadam demōſtratione. quia reſcriptum non extēdiſ ad futura ſed iſte nouus poſſeſſor ē perſona olim futura. ⁊ nunc pſens. vt. ff. ad exhibeñ. l. curſui. §. ſi. Item quia perſona nō ſubintelligiſ niſi exprimatur. ꝺ verbo. obliga. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ¶ Tu dic ꝙ aut ſciēter ſuccedit in vitium occupando poſſeſſionem violentam. ⁊ tūc pōt cōueniri ex vi primarum litterarum ñ ꝺ rigore iuris ſꝫ de equitate ſcripta iſtius. c. ⁊ mirabile ē ꝙ verba edicti ſunt in pſonam. vt. ff. ꝺ vi ⁊ vi ar. l. cum a te. ⁊ verba reſcripti ſonant mihi in rem mediante iterpretatione extēſiua huius. c. ⁊ ē ratio qꝛ papa vadit ad realitatem. l. aut qui abeſt. §. ſi. ꝙ vi aut clā. nec enim ex aliqua differētia in effectu qđ fecerit ex quo expulſus ē. qđ. l. extat ꝙ me. cā. ⁊ de vbo. obli. cū ſeruus. aut ſine vitio. ⁊ tūc nō pōt ꝯueniri. vt quia forte occupauit cū titulo. ſi enim abſqꝫ titulo ſemp eſſet cum vitio. vt. C. vnde vi. l. cōquerebaſ. Expedita ē gl. Ber. ¶ Nō venio ad aliā ⁊ rñdebo quattuor. Primo reſcriptū an durat. ⁊ hoc ē determinatū ſupius. Secundo quid de inſtantia ſi erat cepta contra violentum vtrum trāſeat contra nouum poſſeſſorem. dicit Inn. ꝙ nō

Bal. ſup decre.

q2 ſingularis ſucceſſor nõ ſuccedit in iſtãtia. Dicit Bar.
ꝙ aut ſingularis ſucceſſor eſt ſucceſſor neceſſarius: ꝛ tũc
ſuccedit in inſtãtia. ſi aũt eſt voluntarius tũc nõ ſuccedit ita
elegãter no. ipſe. ff. de fideiuſ. l. ſi cum hominem. que diſti
ctio nõ cadit hic quia hic nõ eſt ſucceſſor ſed occupator.
Succeſſor autem dicitur ille qui in ius ſuccedit. vt. ff. de
edẽ. l. quedam. §. his autem. iſte ergo nõ cõuenit ex eadẽ
inſtãtia ſed per nouũ libellum. ¶ Sed contra hoc oppo.
quia res erat facta litigioſa ergo trãſfertur iudicium ꝛ ꝓ
ceditur in eodẽ iudicio. vt. C. de litig. auc. nũc ſi heres. ſ3
ibi erat litigioſa res. hic nõ quia itẽ dictum vnde vi ẽ ac-
tio perſonalis que vocatur actio in factum. inſti. de inter
dic. §. fi. Tu dicas ꝙ duplex eſt ſucceſſor. ſcilicet vniuerſa-
lis ꝛ iſte nõ poteſt eſſe ſucceſſor vniuerſalis niſi ſuccedat
de iure in ipſa vniuerſitate. vt no. ff. de trãſac. l. controuer-
ſia. ꝛ de iſto nõ hic loquitur. Quidam eſt ſucceſſor ſingu
laris ꝛ hoc dupl'r vel q2 ſuccedit in iuſ ꝛ de iſto nõ loquiſ
hic. vel quia ſuccedit in facto ideſt in poſſeſſiõe detinẽda
ꝛ de iſto loquitur hic. Circa qḋ eſt ſciẽdum ꝙ ſi quis inin
ſta ſuccedit in vitio ipſius poſſeſſiõis tũc reſcriptũ quãtũ
ad veterẽ iuriſdi durat. quia duo ſunt precepta reſcriben
tis. primum eſt poſſeſſiõem reſtitui. ſcḋm eſt per talez re-
ſtitui. Ex primo igitur capite durat reſcriptũ ꝛ iuriſdi-
ctiõem ſuam extẽdit licet ex mero capite. Secũdo ñ vide-
tur durare quia in perſona ſcriptum videtur. ¶ S3 que
ro quid operatur hoc quod dicimus reſcriptum durare.
rñ. vt iudices delegati poſſint procedere cõtra nouũ poſ
ſeſſorem ꝛ habeãt iuriſdi. eãdem quo ad genus ꝛ formã
ipſius. omnia tamẽ ꝯtra nouũ poſſeſſorem a capite inno
uari oportebit ꝛ ſatiſdatiões renouari ꝛ reformari iudi-
ciũ per eas ꝛ iterũ poterit diſputari de violẽtia reſcri-
pti ſi forte dicatur obrepticiũ. ꝛ breuiter omnia paſſiua
tãquã re integra vẽtilabũt nec ille ſatiſdatiões poſſent cõ
mitti pſona rei funditus mutata. vt. ff. iudi. ſol. l. ſi ante. ꝛ
no. ff. de procu. l. mutari. ꝛ l. que omnia. ꝛ proceſſus q fie-
ret ꝯtra veterẽ detẽtatorẽ in nouo detẽtatori nõ ꝑiudica
ret. nõ ob. C. de liti. auc. nũc ſi heres. ꝛ. ff. de alie. iudi. l. cũ
miles. quia ibi loquiſ in eo qui ſuccedit in preiudicio euiſ
dẽ inſtãtie ex iuris diſpoſitiõe. ꝛ facit. ff. de pac. l. ſi tibi. §.
poſſeſſor. ꝛ l. tale pactũ. §. fi. ff. ſi mulier. ven. no. l. j. §. neceſ
ſario. Tertio queritſ qḋ ſi eſſ3 lata ſnia ꝯ. Utrũ manda
ri eſ executiõi ꝯtra Ru. dicit Inn. ꝙ nõ. nã ille qui nõ affi-
citor ex inſtãtia nõ lediſ ex ſnia ẽt citatus. vt. ff. de interu.
l. ſed ꝛ ſi poſſeſſori. §. fi. cum. l. ſequẽti. niſi poſt ſniã3 ſit fa
cta alienatio cauſa impediẽdi executiõem ſnie. vt. ff. vt in
poſ. le. l. is cui. §. qui in poſſeſſiõem. Et no. Cy. in. l. vnica
. C. de alie. iudi. Idẽ ſi fiat alienatio in fraudẽ poſt primũ
decretũ. vt no. ff. vt in poſ. lega. l. certa forma. qḋ eſt no. di
gnum. ¶ Quero ſi lr̃e ſunt impetrate ꝯtra vẽditorẽ vtꝝ
fiat executio ſnie ꝯ emptorẽ vel ecõtra. glo. dicit ꝙ ſic. q2
reputaſ eadẽ pſona ꝓpter litis ꝑiudiciũ. ita dicit gl. ſin-
gularis. ff. de iudi. l. vẽditor. ¶ Extra quero nũquid õ in
ſtãtia trãſeat ad vniuerſalez ſucceſſorẽ. rñ. aut ſuccedit ꝑ
dãnatiõem ꝛ nõ trãſit quia iudicium ſoluiſ deportatiõe.
vt. ff. ſo. ma. l. ſi ꝯſtante. §. fi. ff. de noua. l. quotiens. in fine.
aut trãſmiſſiõe ꝛ tũc trãſit. vt. ff. de iudi. l. tam ex cõtracti
bus. ꝛ. ff. de precto. ſtip. l. ij. ꝛ. ff. de his qui no. infa. l. ſeruus.
Sed nũquid hoc verũ eſt in inſtãtia arbitri. dic ꝙ ſic quã
do trãſit ad heredẽ aliter ſecus. vt. ff. de arbi. l. diem ꝓfer
re. §. nec vtꝝ. ¶ In arbitramẽto aũt nõ eſt queſtio q2 ibi
nõ eſt iudicium ſed ꝯctus qui tranſit ad heredem ꝛ tene
atẽ predicta. ¶ Sed nũquid beneficiũ poterit impetrari
pendẽte reſcripto eo caſu quo nõ trãſit inſtãtia. videtur
ꝙ nõ. vt. c. ij. vt lite pendẽ. lib. vj. ſed ibi erat res litigioſa
hic nõ. Itẽ hic erat queſtio de poſſeſſiõe ibi õ bñficio. ꝛ dic
vt ibi no. deinde q2 glo. dat nobis materiã cuiuſdã vtilis
brocardi dicẽdo ꝙ decretalis epiſtola extendiſ de ſimi-
libus ad ſimilia. ſcias ꝙ in. l. j. C. de ſecun. nup. ſunt due
glo. ꝯtie ꝛ ſepe de fcõ contingit. dicit ſtatutum ꝙ foreuſi
nõ poſſunt vendi vel donari inſ viuos res ciuium exiſtẽ
tes in extimo cõmunis nunquid poterit legari vel dona
ri cauſa mortis. ꝛ videſ ꝙ nõ. q2 quos rõnis nexus ꝯner-
tit diſpoſitio iuris nõ ſepat ꝛ nõ ſolũ hoc ꝯtingit ꝑ extẽ-

¶ Succeſ-
ſor vniuer-
ſalis nõ põt
eſſe niſi ſuc-
cedat õ iuſ.
Adde bal. i
cõſil. ccccliij.
in ꝑma pre
incip in ꝯſil
noie ſtatuto
ciuitatꝫ mã
tue in ꝑma
colũ.

ſionẽ ſermonis imo verius ꝑ tacitã diſpõnem eiuſdem. l.
vt ſingulariter no. C. de reuo. dona. l. his ſolis. ¶ In ꝯtrã
facit qḋ no. per Dy. ff. de le. j. l. qḋ in rerum. §. cum q cyro
graphũ. quod eſt verius. non ob. glo. hic poſita q2 loquiſ
qñ decre. cõtinet ius cõmune ꝛ cultum naturalis iuſtitie.
ſecus ſi exorbitet q2 tũc caſus omiſſus habetur pro omiſ-
ſo ꝛ relinquiſ in diſpõne iuris cõmunis. vt. ff. ſolu. mat. l. ſi
cum dotem. in prin. ꝛ. l. ſi de viro. §. ſi de viro. ꝛ dic qḋ no.
in. c. ſuſceptum. de reſcriptis. lib. vj. in nouella. quod bene
notabis. Baldus doctor.

c

Am veniſſet.

Super priuile-
gijs aplice ſe-
dis nullus alius q̃3 papa põt iudicare. Caſus
ꝑ ſe p3 in tube. ¶ Sed i terminis queriſ vtꝝ
papa ſolus poſſit ſuũ priuilegiũ interꝑtari. rñ. aut ꝑ ꝓba-
bilem rõnem diſputãdi ꝛ tũc põt interpretari a iudice ꝛ
nõ requiriſ auctoritas pape. vt. ff. de vulga. ſubſti. l. ex fa-
cto. que eſt ad hoc. l. multum no. ꝛ in. l. j. §. ſi quis. ff. ne qḋ
in lo. pub. ꝛ. ff. ad treb. l. qui filium. §. ſabinus. ꝛ. ff. pro ſo. l.
ſi ſocius ꝙ filia. aut nõ ſubeſt rõ quare magis ſit interꝑtã
dum vno modo q̃3 alio vt ſi papa priuilegiat mihi vnum
caſtrũ vſq3 ad flumen. Nam dictio vſq3 põt poni incluſi-
ue ꝛ excluſiue ꝛ ſumus incerti de mẽte loquentis. ꝛ tunc
recurremus ad principem. nam ſicut ipſe fuit origo bñfi-
cij ita d3 eſſe interpres. vt. ff. de reg. iur. dicit Inno. ꝙ ibi ſo
lius principis eſt exponere ſiue interꝑtari. Innoc. ꝛ multo
fortius ad eum ſolũ ptinet priuilegiũ ſuũ extẽdere vel re-
ſtringere vel perimẽ niſi ſit caſus per. l. ſcriptam deciſus.
exemplum. C. de preci. impera. offe. l. quotiens. ꝛ. l. reſcri-
pta. ff. de vulga. ſubſti. l. ex facto. ꝛ dic vt plene no. C. de le-
gi. l. de nouo. Illud tamẽ ſcias ꝙ õ potẽtia pncipis nõ ẽ
diſputãdum quia ſuprema poteſtas eius nulli ſubiacet re
gule niſi ſoli legi diuine vel naturali. vt plene no. C. ſi con-
tra ius vel vti. pub. l. fi. ꝛ ſcias ꝙ omne verbum abbreuia
tum reputa regula iuris. q2 omnis regula poteſt dici ver-
bum abbreuiatum indiget ſolemni ꝛ ſana interpretatio-
ne ſed nõ verbũ ſpecifice demõſtratũ. vt no. C. õ fideicom.
l. volũtarie. ꝛ dic vt ibi dixi. Idem ſi in priuilegio eſſ3 du-
bitatio in iuris ſignificatiõe. vt. C. de legi. l. fi. ꝛ ſi princeps
nõ iterꝑtatur verba que poſſunt alij preiudicare interpre
tatur cõtra proferẽtem ꝛ ſic ſtricte. arg. ff. de pac. l. veteri
bus. ꝛ. C. de pe. bo. ſublatis. l. j. libro. x. ꝛ. C. de ope. pub. l.
ſi alium. ꝛ per Guil. ff. de conſtitu. prin. l. bñficium. ¶ Et
no. ꝙ interꝑtatio habet locũ ſuper incertis nõ ſuper cer
tis. vt. ff. de auro ꝛ argẽ. lega. l. pediculis. §. argẽto potato
rio. ꝛ. ff. de lega. iij. l. itẽ legato. §. ſi parui. ꝛ. l. liberorũ. §.
qḋ tñ caſſius. ꝛ. ff. de vſu ꝛ ha. l. plenũ. §. equitij. ꝛ. ff. de ver
bo. ob. l. quicqḋ aſtringẽde. iij. rñſo. ꝛ. ff. de pe. le. l. fi. Illud
ſcias ꝙ eandẽ interꝑtationẽ recipit priuilegiũ ꝛ teſtũ in
eo ſenſu q ex vbis ꝯcipi põt. vt. ff. de pe. le. l. nãquã liquide
. §. ſicut petius. ꝛ. ff. de vino oleo q3 leg. l. fi. §. cui dulcia. ꝛ in
c. j. de ꝯceſ. ꝑbẽ. li. vj. Alio mõ põt intelligi noſtrũ capſm
qñ eſſet dubiũ de iurib' romane ſedis ꝯceſſis principibus
vnde ẽt iſti principes tpales poſtea nõ poſſunt de ipſis iu
dicare. q2 ſauerꝫ facta non ſunt in dñio. Nam inferior a
papa nõ põt ſup hoc iudicare. ꝛ iſte eſt verus intellect'. ꝛ
facit. ff. de his qui in teſta. delẽ. l. proꝫ. ꝛ. ff. de here. inſti. l.
ꝛ hic tiberius ceſar. ¶ Querit glo. nũquid ſaltẽ icidẽter
per aliũ poſſit cognoſci de priuilegijs pape. Rñ. ſic. tamẽ
hec ſnia nõ facit ius niſi inter partes nec ꝓnũciabit pncī-
paliter de priuilegio ſ3 de priuilegio. i. an ei põt an ne. ar.
in. l. j. C. de ordi. iudi. Idẽ ſi icidenter opponaſ ſimulatio
priuilegij vel falſitas ſm Inno. ar. C. de iudi. quo. ꝛ. l. de re
iudi. ſuborta. ꝛ facit. C. de legi. l. cũ õ nouo. pone papa cõ
ceſſit cuidã principi officiũ vicariat' ad. x. ãnos dubiũ eſt
vtrum tranſeat ad heredẽ. dicit Bar. ꝙ ſic. q2 officia ro-
mane eccleſie ꝯſueuerũt vẽdi ꝛ ꝯcedi ꝓ ſe ꝛ hr̃dibus ſuis
preſumiſ cõceſſio realis ſm Bar. qõia ita no. in. l. pr̃. de
ſer. lega. In ꝯtrariũ faciũt q2 officia nõ trãſeunt ad hr̃dez
nec aliqḋ operaſ oppoſitio tpis in re nõ tranſmiſſibili. vt
ff. de vſufru. l. vxori vſufructum ville. ¶ Quero an papa
poſſit alicui ꝯcedere caſtrũ eccleſie. Rñ. nõ eſt dubium ꝙ
ſic in feudum vel in emphiteoſim legatus tamẽ non poſ-
ſet fine

Digitized by Google

lex ſine ſpeciali mandato.vt no. Barto.ff.qđ vi aut clam .l.prohibere.§.plane.Et adde quod no. Archi.ix.q̄ſtiõe iij.per principalē.⁊ qđ no.in.c.j.§.item ſi clericus de capitulis corradi.coll.x.⁊ facit.ff.de vata.reſtitut.l.quęris ⁊ in ſumma quicquid pōt rex in ſuo regno pōt papa in eccleſiaſtica monarchia ⁊ ſicut olim oīa a manu regibus gubernabant.vt.ff.de orig.iur.l.ij.in pn.ita ⁊ hodie quicquid regi placet legis hꝫ vigorem.¶ Quero an imperator poſſit rem meaꝫ donare.no.archid.ix.q.vltima principalem. vbi oio vide an principis priuilegium rūpat teſtm̄.dicit archi.ꝙ nō licet priuilegiū pcedat qꝛ fauorabilis ē teſtm̄ ꝙ priuilegiuꝫ. dicit arch.lxxxviij.di.epiſcopus. Archidi.

